

*Psalmus Laudate Dominum de cœlis, &c.**Orationes dicendæ à Sacerdote super sepulturam, dum dicuntur suprascriptæ Antiphonæ, & Psalmi.*

**O** Remus Fratres charissimi pro spiritu Fratris nostri, (vel sororis nostræ) quem (am) Dominus de laqueo hujus sæculi liberare dignatus est, cujus corpusculum hodie sepulturæ traditur, ut eum (am) pietas Domini in sinu Abrahamæ, Isaac, & Jacob collocare dignetur: ut cum judicii dies advenerit inter sanctos, & electos suos eum (am) in parte dextera collocandum (am) resuscitari faciat. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

*Oremus.*

**D**Eus, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur: ut quidquid anima famuli (æ) tui (æ) vitiorum, tuæque voluntati contrarium, falente diabolo, seu propria iniquitate, vel fragilitate contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo, eamque suscipi jubeas per manus Sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum Patriarcharum, & Prophetarum tuorum, Abrahamæ scilicet amici tui, Isaac electi tui, & Jacob dilecti tui: quo aufugit dolor, atque tristitia, & suspirium, fideiũ quoque animæ felici jucunditate lætantur, & in novissimo judicii magni die inter sanctos, & electos tuos eum (am) facias perpetuæ gloriæ percipere portionem: quam oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quam præparasti diligentibus te. Per Christum  
Domi-

Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Oremus.*

**T** Emeritatis quidem est Dñe, ut homo hominem, cinis cinerem, mortalis mortalem tibi Dño Deo nostro audeat commendare: sed quia terra suscipit terram, & pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem: indè tuam, piissime Pater, lacrymabiliter quæsumus pietatem: ut hujus famuli (æ) tui (æ) animam, quam de hujus sæculi cœnulentæ voragine ducis ad patriam Abrahamæ amici tui sinu recipias, & refrigerii rore perfundas: sit ab æstuantis gehennæ truci incendio segregata, & beatæ requiei tuæ, te donante, conjuncta, & si quæ sunt illi Domine digna cruciatibus culpæ, tuæ ei gratia mitissimæ lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem, qui (æ) tuam in votis tenuit voluntatem: cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, nova creatura sanctorum omnium cœtibus aggregata, cum electis tuis resurgat in parte dextera coronanda. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Oremus.*

**O**pus est misericordiæ Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, rogare pro aliis: & qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficitur us, suscipere rogamus animam famuli (æ) tui (æ) revertentem ad te: adsit ei Angelus testamenti tui Michael, & per manus sanctorum Angelorum tuorum, inter sanctos, & ele-

Et os tuos in sinibus Abrahamæ, Isaac, & Jacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera eum Domine de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum, ne famulus (a) tuus (a) ullis tam primævæ nativitatis, vel ignorantia confundatur erroribus, agnoscat à tuis, & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerii, & quietis, in sinu Abrahamæ transferatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Oremus.*


**D**ebitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecemur, ut hoc corpus Fratris nostri (sororis nostræ) à nobis in infirmitate sepultum, in ordine Sanctorum suorum resuscitet, & ejus spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari jubeat, cum quibus inenarrabili gloria, & pereanni felicitate perfrui mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Oremus.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es: dum te jubente pulvis reddet in pulverem, tu imaginem tuam cum sanctis, & electis tuis æternis sedibus jubeas associari. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Finis ultima Antiphona, Omnis Spiritus, Celebrans incipit absolutè Antiphonam ad Benedictus.*

**E**



Go sum re sur re cti- o, & vi-



ta, qui cre dit in me, e- ti am si mor-



tu us fu e- rit, vi- vet. & om nis qui vi-



vit, & cre dit in me, non mo ri e tur in æ-



ternum. Sæcu lorum. Amen.

*Et dicitur Canticum Zachariæ: Benedictus Dominus Deus Israel. Quo finito, Antiphona repetita, Celebrans dicit Pater noster, &c.*

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

- V. Non intres in iudicium cum seruo tuo (ancilla tua) Domine.  
 R. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.  
 V. A porta inferi.  
 R. Erue Domine animam eius.  
 V. Requiescat in pace.  
 R. Amen.  
 V. Domine exaudi orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**S**atisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui Fratris nostri (famulæ tuæ sororis nostræ) beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, & beati Francisci Confessoris tui, omniumque Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio: ut peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat: nec eum (am) patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem (am) Filii tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

- V. Requiem æternam dona ei Domine.  
 R. Et lux perpetua luceat ei.  
 V. Anima eius, & animæ omnium fidelium defun-  
 etorum

etorum per misericordiam Dei requiescant in pace.

Rz. Amen.

*Et revertentes ad Ecclesiam, Cantor incipit Rz. Memento mei Deus, &c. quo dicto cum Kyrie eleison. Celebrans dicit Pater noster. ψ. Et ne nos inducas in tentationem. ψ. A porta inferi. ψ. Requiescat in pace. ψ. Domine exaudi orationem meam. ψ. Dominus vobiscum.*

*Oremus.*

**T**ibi Domine commendamus animam famuli tui Fratris nostri N. ut defunctus (famulæ tuæ sororis nostræ N. ut defuncta) sæculo tibi vivat: & peccata, quæ per fragilitatem mundanæ conversationis commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Rz. Amen. ψ. Requiem æternam dona ei Domine. Cantor ψ. Requiescat in pace. Rz. Amen.

*Deindè dicitur Psalmus De profundis, in reversione ad Sacristiam.*

## ANTIPHONA CANTANDA


Omnibus diebus post Completorium à die obitus Generalis totius Ordinis usque in diem electionis Vicarii Generalis.

**P**  Lan ge tur- ba Pau per cu la; ad


Patrem



Pa- trem cla- ma- pau- pe- rum, hoc lu-




gu- bre sul- pi- ri- um, Pa- ter Fran-



cil- ce sus- ci- pe, & pro de Christo Stig-



ma- ta, la- te- ris, pe- dum, manuum,



ut no- bis red- dat or- pha- nis tan- ti Pa-



tris Vi- ca- ri- um.

## OFFICIUM DEFUNCTORUM.

## AD VESPERAS

*Absolutè incipitur ab Antiphona.***P**

La ce bo Do mi no in re gi o ne vi vo-



rum. Sæ cu lorum. Amen.

*Psalmus 114.***D**ilexi, quoniam exaudiet Dominus, \* vocem orationes meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi: \* &amp; in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: \* &amp; pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem &amp; dolorem inveni: \* &amp; nomē Domini invocavi.

O Domine libera animam meam: \* misericors Dominus, &amp; justus, &amp; Deus noster miseretur.

Custodiens parvulos Dominus: \* humiliatus sum, &amp; liberavit me.

Convertere



Convertere anima mea in requiem tuam : \* quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte : \* oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino , \* in regione vivorum.

Requiem æternam.

*Antiphona.*

**P**lacebo Domino in regione vivorum.



*Antiphona.* Hei mihi Domine. Sæculorum. Amen.

*Psalmus 119.*

**A**d Dominum cum tribularer clamavi : \* & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, \* & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, \* ad linguam dolosam ?

Sagittæ potentis acutæ, \* cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : habitavi cum habitantibus Cedar : \* multum incola fuit anima mea.

Cum

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: \* cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam.

Antiphona.


**H**



E i mi hi Do- mine: qui- a in co-



la tus me us pro- lon ga tus est. *Añã.* Do-



mi nus.

Sæ cu lorum. Amen.

*Psalmus 120.*

**L**Evavi oculos meos in montes, \* undè veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, \* qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: \* neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, \* qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, \* super  
manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: \* custodiat animam  
tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum; \*  
ex hoc nunc, & usque in seculum.

Requiem æternam.

*Antiphona.*


**D**



O- minus cu sto- dit te ab omni



ma lo, cu sto di- at a ni mam tu am Dominus.



*Añã.* Si i ni qui ta tes. Sæ cu lo rum. Amen.

*Psalmus 129.*

**D**E profundis clamavi ad te Domine: \* Domine ex-  
audi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem deprecationis  
meæ. Si

Si iniquitates observaveris Domine : \* Domine quis sustinebit?

Quia a quod te propitiatio est : \* & propter legem tuam sustinuit te Domine.


Sustinui anima mea in verbo ejus : \* speravit anima mea in Domino?

A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israel in Domino.


Quia apud Dominum misericordia : \* & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, \* ex omnibus iniquitatibus ejus. Requiem æternam.


Antiphona.

**S** 

I i n i q u i t a t e s o b s e r v a v e r i s D o m i -



ne , D o m i n e q u i s s u s t i n e b i t ? *Añã.* O p e r a .



Sæ cu lor um. A men.

## Psalmus 137.

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: \* quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: \* adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: \* quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: \* multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: \* quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in viis Domini: \* quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: \* & alta à longè cognoscit.


Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: \* & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: \* Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem æternam.

*Antiphona.*

**O**



Pe ra ma nu um tu arum Domi-


ne



ne ne des- pi ci- as.



ψ. Audivi vocem de cœ lo, di centem mi- hi.



℞. Be a ti mor ta i, qui in Do mi no moriun tur.

*Ad Magnificat, Antiphona.*


**O**



M- ne, quod dat mi hi Pa-



ter, ad me ve ni- et : & eum, qui venit ad



me, non e ji ci am fo ras. Sæculorum. A men.

Magnificat

Magnificat anima mea Dominum, &c.

*Et repetita Antiphona Omne quod dat. Preces infra scripte dicuntur flexis genibus, & similiter ad Laudes: dicat Celebrans alta voce, Pater noster, quo, sub silentio completo, dicat eadem voce.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℞. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace.

℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

*In die depositionis defuncti, Oratio.*

**D**Eus, cui proprium est misereri semper, & parcere; te supplices exoramus pro anima famuli (æ) tui (æ) N. quam hodie de hoc læculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam paradisi perducì: ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

*In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis defuncti, Oratio.*

**Q**Uæsumus Domine, ut animæ famuli (æ) tui (æ) N. cujus depositionis diem tertium, (septimum, trige-

trigesimum ) commemoramus ; sanctorum ; atque electorum tuorum largiri digneris consortium: & rorem misericordiae tuae perennem infundas. Per Dominum nostrum, &c.

*In anniversario, Oratio.*

**D**Eus indulgentiarum Domine, da animae famuli (æ) tui (æ) N. cujus (vel animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum) anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum, &c.

*Aliae Orationes diversae pro defunctis.*

*Pro Summo Pontifice defuncto, Oratio.*

**D**Eus qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione cōnumerari voluisti: praesta quaesumus; ut qui Unigeniti Filii tui vices in terris gerebat, Sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

*Pro defuncto Episcopo, Oratio.*

**D**Eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Pontificali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum, &c.

*Si fuerint plures, dicatur in numero plurali.*

*Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur: famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate, &c.*

*Pro Presbytero Cardinali dicatur: famulum tuum N.*

Pres-



Presbyterum Cardinalem Sacerdotali fecisti, &c.

*Pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio, Inclina Domine, quæ habetur paulo infra, hoc modo: Ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc sæculo, &c.*

*Pro defuncto Sacerdote, Oratio.*

**D**Eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum, &c.

*Pro uno defuncto, Oratio.*

**I**Nclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum, &c.

*Pro una defuncta, Oratio*

**Q**Uæsumus Domine pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum, &c.

*Pro patre, & matre Sacerdotis, Oratio.*

**D**Eus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris, & matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum, &c.

*Si pro patre tantum, vel matre tantum, dicitur in singulari, Oratio.*

**D**Eus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animæ patris mei, (vel matris meæ,) ejusque peccata dimitte: meque eum (am) in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum, &c.

*Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus.*

**D**Eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator; quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt; beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dñm nostrum, &c.

*Pro fidelibus defunctis, generalis Oratio.*

**F**idelium Deus omnium conditor, & Redemptor; animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.


℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

# AD MATUTINUM


## INVITATORIUM.

*Duo Cantores incipiunt.*

**R**  *Egem cui omnia vi- vunt.*

 *Ve ni te a do re. mus.*

*Chorus repetit, Regem cui omnia, &c. Psalmus 94.*

**V**  *E ni te ex ul te mus Do- mi no,*

 *ju bi le mus De- o sa la ta ri no stro :*



præ occu pe mus fa ci em e- jus in con fel si-



o- ne , & in psal mis ju bi le mus e- i.



Regem. Quoniam Deus magnus Do- mi nus ,



& Rex ma- gnus super omnes de- os : quoniam



non repel let Dominus plebem su- am , qui-



a in ma nu e- jus sunt omnes fi nes ter-



ræ , & al ti tu di nes mon ti um i ple conf-

m ij

picit.




pi cit. Ve ni te. Quo ni am i psi us est ma-




re, & ipse fe cit il- lud, & a ridam funda-



ve- runt manus e- jus: ve ni te a do remus,



& pro ci damus an te De- um, plo re mus co-



ram Domino, qui fe- cit nos, qui a ipse est



Do- minus De us no- ster, nos autem po pu-



lus e- jus, & o ves pal cu æ e- jus. Regem.

Hodie



Hodie si vocem e jus audie- ritis, no li te



ob du ra- re cor da ve- stra, sic- ut in ex a-




cer ba ti o ne se cundum di em ten ta ti o nis



in de ser- to: u bi ten ta ve- runt me pa-



tres ve- stri, proba verunt, & vide- runt



o pe ra me- a. Ve ni te. Quadragin ta



an nis pro xi mus fu i ge ne ra ti o- ni hu ic,

&



& dixi, semper hi errant corde: ipsi ve-



rò non cognoverunt vias meas, quibus ju-



ra vi in ira mea, si introibunt



in requiem meam. Regem. Requiem æ-



ternam dona eis Domine, & lux per-



petua luceat eis. Veni te. Regem.

## IN PRIMO NOCTURNO.

*Antiphona.***D**

I- rige. Sæculorum. Amen.

*Psalmus 5.*

**V**erba mea auribus percipe Domine: \* intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ, \* Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: \* Domine manè exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi, & videbo: \* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: \* neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: \* perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: \* ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: \* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: \* cor eorum vanum est.

Sepul-



Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: \* judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: \* quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: \* in æternum exultabunt, & habitabis in eis.


Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomē tuum, \* quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ, \* coronasti nos.

Requiem æternam.

*Antiphona.*

**D**



I- rige Do mi ne Deus me us



in conspe ctu tu o vi- am me am.



*Añã.* Converte re Do mi ne. Sæ cu lorum. Amen.

## Psalmus 6.

**D**omine, ne in furore tuo arguas me: \* neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: \* sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: \* sed tu Domine usquequò?

Convertere Domine, & eripe animam meam: \* saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: \* in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: \* lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: \* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.


Exaudivit Dominus deprecationem meam, \* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur, & erubescant valdè velociter.

Requiem æternam.

## Antiphona.

**C**



Conver te re Do- mine, & e ri-

n

pe



pe a nimam me am : quo ni am non est in mor-



te, qui me mor sit tu i. *Añã.* Ne quando.



Sæ cu lorum. Amen.

*Psalmus 7.*

**D**omine Deus meus, in te speravi: \* saluum me fac  
ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat, ut leo animam meam: \* dum non  
est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud: \* si est iniquitas in  
manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: \* decidam me-  
rito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehen-  
dat, & conculcet in terra vitam meam, \* & gloriam meam  
in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: \* & exaltare in finibus ini-  
micorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto, quod  
manda

mandasti: \* & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: \* Dominus iudicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam: \* & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum: \* scrutans corda, & renes Deus.

Justum adjuterium meum à Domino: \* qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis, & patiens: \* numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: \* arcum suum tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis: \* sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit injustitiam: \* concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum: \* & incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: \* & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.


Confitebor Domino secundum justitiam ejus: \* & psallam nomini Domini altissimi.

Requiem æternam. *Antiphona.*

**N**



E quan do ra pi at, ut le o a-  
n ij nimam



nimam meam, dum non est qui redimat, ne-



que qui saluum faciat.

*Ps.* A porta inferi.

*R.* Erue Domine animas eorum.

*Pater noster, totum secretò.*

*Lectio prima. Job 7. c*

**P**arce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivã meam? Peccavi, quid faciam tibi ò custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? ecce nunc in pulvere dormiam, & si manè me quæsieris, non subsistam.

*Responsorium I.*

**C**redo quod Redemptor meus

us  
vivit,



vi- vit, & in no- vis si- mo di-




e de ter- ra sur re ctu-



rus sum: \* Et in car- ne me- a vi de-



bo De- um sal va- to rem me um,



ψ. Quem vi su- rus sum e go



ipse, & non a- li us, & o-



cu li me- i conspectu- ri lunt. \* Et in, &c.

Kyrie



Kyrie e- lei son, Christe e- lei son,



Kyrie e- lei son.

*Lectio secunda.* Job 10.

**T**ædet animam meam vitæ meæ, dimittam ad-  
 versum me eloquium meum, loquar in amaritu-  
 dine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare:  
 indica mihi, cur me ita iudices? Numquid bonum tibi  
 videtur, si calumniaris me, & opprimas me opus ma-  
 nuum tuarum, & concilium impiorum adjuves? Num-  
 quid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu  
 videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui  
 sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem me-  
 am, & peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil im-  
 pium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eru-  
 ere.

*Responsorium II.*

**Q**



Ui La- zarum resusci ta-

sti



sti à mo nu men to fœ- tidum.\* Tu.



e is Do- mi ne, do na re. qui em,



& lo- cum in dul gen- ti æ.



¶ Qui ven tu- rus es ju di ca- re vi-



vos, & mor- tu os, & sæ- cu lum




per i- gnem.\* Tue is, &c.



Ky ri e elei son, Chri ste e lei son, Ky ri e elei son!






e- lei- fon.

Lectio tertia.


Job 10.

**M**ANUS tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento queso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me: ossibus, & nervis compegisti me: Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

Responsorium III.

**D**  O- mi ne quan- do

 ve- ne ris ju di- ca- re ter-

 ram, u- bi me abscon- dam à vul- tu  
iræ




i ræ tu- a? \* Qui a pec ca vi ni-



mis in vi- ta me- a. ¶. Commissa me-



a pa ves- co, & an te te



e- ru bes- co: dum ve ne ris ju di ca-



re, no li me con demna- re.




\* Qui a pec ca vi. ¶. Re- quiem



a- ter- nam do na e- is Do- mi ne:




& lux per pe-<sup>s</sup> tu a lu ce at e-<sup>is</sup>.



\* Quia pec ca vi. Kyri e e- lei son.

## IN SECUNDO NOCTURNO.

### Antiphona.



**I**N lo co pas cu æ. Sæculorum. Amen.

### Psalmus 22.

**D**Ominus regit me, & nihil mihi deerit: \* in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: \* animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ, \* propter nomen suum.

Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: \* quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: \* ipsa me consolata sunt.

Parasti

Parasti in conspectu meo mensam : \* adversus eos, qui tribulant me.


Impinguasti in oleo caput meum : \* & calix meus inebrians, quàm præclarus est ?

Et misericordia tua subsequetur me, \* omnibus diebus vitæ meæ :

Et ut inhabitem in domo Domini, \* in longitudinem dierum.

Requiem æternam.

*Antiphona.*

**I**  N lo co pas cu æ i bi me col lo ca vit.



*Ana.* De li eta. Sæ culorum. Amen.

*Psalms 24.*

**A**d te Domine levavi animam meam : \* Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei : \* etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes, \* supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi : \* & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: \* quia tu es Deus Salvator meus, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine: \* & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ, \* & ignorantias meas ne mimeris.

Secundùm misericordiam tuam memento mei tu: \* propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis, & rectus Dominus: \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: \* docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, misericordia, & veritas, \* requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: \* multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dominum? \* legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur: \* & semen ejus hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum, \* & testamentum ipsius, ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: \* quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere mei: \* quia unicus, & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: \* de necessitatibus meis erue me.

Vide

Vide humilitatem meam, & laborem meum : \* & dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt : \* & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me : \* non erubescam, quoniam speravi in te.

Innocentes, & recti adhæserunt mihi : \* quia sustinui te.

Libera Deus Israel, \* ex omnibus tribulationibus suis. Requiem æternam.

Antiphona.


**D**



E li cta ju ven tu tis me æ, & i.



gno ran ti as me as ne me mi ne ris Do- mi ne.



Añã. Credo vide- re. Sæ cu lo rum. Amen.

## Psalmus 26.

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea, \* quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ, \* à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, \* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, \* ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, \* non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me prælium, \* in hoc ego sperabo.

Unam petii à Domino, hanc requiram: \* ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini, \* & visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: \* in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: \* & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: \* miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: \* faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: \* ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor

Adjutor meus esto, \* ne derelinquas me; neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me. \* Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua. \* & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me. \* quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini, \* in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age. \* & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Requiem æternam.

*Antiphona.*



C Re do vi de- re bo na Do- mi ni



in ter ra vi ven- ti um.

Y. Collocet eos Dominus cum principibus.

R. Cum principibus populi sui.

Pater noster, totum secretò.



**R**esponde mihi: quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea, & delicta ostende mihi. Cur facies tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

## Responsoriam IV.

**M**



Emen- to me- i De- us,



qui a ven tus est vi ta me- a. \* Nec



as pi- ci- at me vi sus ho- mi nis.

ŷ. De pro-



ψ. De profun- dis cla ma vi ad te Do-



mi ne, Do- mi ne ex au- di



vo- cem me- am. \* Nec as pi- ci- at, &c.



Ky ri e e- lei son, Chris te e- lei-



son, Ky ri e e lei- son.

*Lectio quinta.*

Job 14.

**H**omo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

Quis potest facere mundum de immundo conceptum  
 femine: nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt,  
 numerus mensium ejus apud te est: Constituisti terminos  
 ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo,  
 ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies  
 ejus.

*Responsorium V.*

**H**



E- i mi- hi Do mi- ne, qui a




pec- ca- vi ni- mis in vi- ta me-



- a : Quid fa ci am mi- ser? u-




bi fu gi- am, ni si ad te De- us me-



- us? \* Mi se re re me- i, dum

vene-



ve- ne ris in no vis si mo di- e.



ψ. A- ni ma me- a tur ba- ta est



val- dè, sed tu Do mine suc cur re



e- i. \* Mi se re re me i.



Ky ri e e- lei- son, &c.

*Leetio sexta.* Job 14. c

**Q**uis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me,  
& abscondas me, donec pertranseat furor tuus, &  
constituas mihi tempus, in quo recorderis mei?  
Putasne mortuus homo rursus vivat? cunctis diebus,  
quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.

Vocabis me, & ego respondebo tibi. operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

Responsorium VI.

**N** E re cor de- ris pec ca-

ta me- a Do- mi ne, \* Dum

ve- ne ris ju di- ca- re

sa- cu lum per i- gnem.

ŷ. Di- ri ge Do- mi ne De- us

meus



me- us in cons pe- ctu tu o vi am



me. am. \* Dum ve- ne ris, &c.




ψ. Re- qui em æ ter- nam do- na




e- is Do- mi ne: & lux per pe tu a



lu ce at e- is. \* Dum ve- ne ris, &c.



Kyrie e- lei son, Christe e- lei son, Kyri-



e e- lei son.

## IN TERTIO NOCTURNO.

*Antiphona.*

**C** 

Om pla- ce at. Sæ culorum. Amen.

*Psalmus 39.*

**E**Xpectans expectavi Dominum, \* & intendit mihi.  
Et exaudivit preces meas. \* & eduxit me de lacu  
miseriæ, & de luto fœcis.

Et statuit super petram pedes meos. \* & direxit gres-  
sus meos.

Et immisit in os meum canticum novum. \* carmen  
Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt: \* & sperabunt in Do-  
mino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus: \* & non  
respexit in vanitates, & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: \*  
& cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi, & locutus sum: \* multiplicati sunt super  
numerum.

Sacrificium, & oblationem noluisti: \* aures autem per-  
fecisti mihi.

Holocaustum, & pro peccato non postulasti: \* tunc  
dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. \* Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna. \* ecce labia mea non prohibebo. Domine tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo. \* veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam: \* à concilio multo.

Tu autē Dñe ne longè facias miserationes tuas à me: \* misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus. \* comprehenderūt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. \* & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine, ut eruas me. \* Domine, ad adjuvandum me respice.

Confundantur, & reveantur simul, qui quærunt animam meam. \* ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & reveantur, \* qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te. \* & dicant semper. Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper. \* Dominus sollicitus est mei.

Adju-



Adjutor meus, & protector meus tu es. \* Deus meus,  
ne tardaveris.


Requiem æternam.

*Antiphona.*

**C** Ompla- ce at ti bi Do mi ne, ut



e- ri pi as me: Do mi ne ad ad juvandum me ref-



pi ce. *An̄a.* Sa na Do- mi ne. Sæ cu lorum. Amen.

*Psalmus 40.*

**B** Eatus qui intelligit super egenum, & pauperem.\*  
in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum  
faciat eum in terra.\* & non tradat eum in animam ini-  
micorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus.\*  
universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi. Domine miserere mei.\* sana animam  
meam, quia peccavi tibi.

Inimici

Inimici mei dixerunt mala mihi. \* Quando morietur,  
& peribit nomen ejus ?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, \* cor  
ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, \* & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei. \* ad-  
versum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me. \*  
Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi : \* qui ede-  
bat panes meos, magnificavit super me supplantatio-  
nem.

\* Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me : \*  
& retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me : \* quoniam non  
gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti : \* & con-  
firmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & usque in  
sæculum : \* fiat, fiat.

Requiem æternam.

Antiphona.



\* **S**ana Domine animam meam, quia



pecca vi ti bi. *Añã.* Si ti- vit. *Sæculorum.* Amen.

*Psalmus 41.*

**Q**uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te Deus.   
Sicivit anima mea ad Deum fortem, vivum: \*   
quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locū tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis, \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? \* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; \* salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonim à monte modico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui, \* super me tranlerunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, \* & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: \* dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? \* & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: \* exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. \* salutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam.

Antiphona.

S



I ti- vit a ni ma me a ad De um vi-



vum: quandò ve ni am, & ap- pa- re- bo an-



te fa- ci em Do mi ni.

Ÿ. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

℞. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Pater noster, totum secretò.

Lectio septima.

Job 17.

**S**piritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

Responsorium VII.

**P**

Eccantem me quo ti- di e, &amp; non



me pœ ni ten- tem, ti mor mor. tis con-



tur. bat me: \* Qui a in in fer. no nul la est




est re dem-                      pti o,    mi se re re




me.    i De- us,   & sal    va me.



ŷ. De-    us in no mi ne tu o saluum me fac,



& in vir tu te tu a li-    be ra me. \* Qui a, &c.



Kyri e    e lei son.


*Lectio octava.*    Job 19. c

**P**elli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere mini mei, misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini! Quis mihi tribuat,

buat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

*Responsorium V III.*

**D**



O. mi ne secundum aetum me-



um noli me ju di ca- re: |



ni hil dignum in conspe ctu tu- o e-



gi, i- de o de- pre cor

ma:



ma- je- sta- tem tu- am. \* Ut tu




De us de le as i ni qui ta- tem me am.



ψ. Am- pli us la- va me Do-



mi ne ab in ju sti- ti- a me- a, &



à de li cto me o mun- da me.



\* Ut tu De- us, &c. Ky ri- e e- lei- son.



## Lectio nona. Job 10.

**Q**Uare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuisssem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, & non revertar ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine, terram miseriae, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

## Responsorium IX.

**L**



I- be ra me Do- mi ne de vi is in-




fer- ni, qui por tas æ re as confregi- sti,



& visi ta- sti in fer- num, & de di- sti

eis



e is lu- men ut vi de- rent te. \* Qui erant



in pœ- nis te ne bra rum.  $\psi$ . Clamantes,



& di cen- tes, ad ve ni sti Redem ptor



no- ster. \* Qui erant, &c.  $\psi$ . Re qui em æ ter-




nam dona e is Do- mi ne : & lux per pe tu a



lu ce at e- is. \* Qui erant, &c. Ky- ri e




e- lei son, Chri ste e- lei son, Ky ri-  
r e eleison.



e lei-son.

*Sequens Responsorium dicitur in die Omnium defunctorum, & quodcumque pro defunctis dicuntur novem Lectiones.*

*Responsorium IX.*




**L**I be- ra me Do- mi ne de



mor- te æ ter- na, in di- e il- la



tre men- da. \* Quando cœ- li moven-



di sunt & ter- ra: \* Dum ve-



ne ris ju di- ca-


re  
sæculum



sa- culum per ignem.  $\psi$ . Tremēs factus sum e-



go, & ti- me o, dūm dis- cus- si o ve-



ne rit, at que ven- tu- ra i- ra. \* Quando, &c.



$\psi$ . Dies il la, di- es i- ra, ca la mi ta- tis,




& mi se- ri a, di es magna, & a- ma ra



valdè. \* Dum veneris.  $\psi$ . Requiem æ ter nam



dona e- is Do- mi ne: & lux per pe tu a



lu ce at e is. *Repet.* Li be- ra, &c.



Ky- ri e e- lei- son, &c.

## A D L A U D E S.

*Absolutè incipitur Antiphona.*



X ul tabunt Domino. Sæculorum. Amen.

*Psalmus 50.*

**M**iserere mei Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: \* lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiā: \* & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: \* & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: \* & Spiritum sanctū tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui: \* & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: \* & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: \* & exultabit lingua mea justitiā tuam.

Domine labia mea aperies: \* & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: \* ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes & holo-

holocausta : \* tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam.

*Antiphona.*

**E**




Xul- tabunt Domino of sa hu- mi-



li- a ta.

*Añã.*

Ex audi Do- mi ne.



Sæ cu lorum. Amen.

*Psalmus 64.*

**T**E decet hymnus Deus in Sion . \* & tibi reddetur  
votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam . \* ad te omnis caro veniet.

\* Verba iniquorum prævaluerunt super nos . \* & impie-  
tatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus , quem elegisti , & assumpsisti : \* inhabitabit in  
atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ . \* sanctum est tem-  
plum tuum , mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster . \* spes omnium  
finium

finium terræ , & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia.\*  
qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes , & timebunt qui habitant terminos à signis tuis . \* exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram , & inebriasti eam . \* multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibū illorum.\*  
quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria , multiplica genimina ejus: \* in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ . \* & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti . \* & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium , & valles abundabunt frumento . \* clamabunt, etenim hymnum dicent.


Requiem æternam.

*Antiphona.*

**E**   
X au di Do mi ne o ra ti o nem

meam;





me- am, ad te omnis caro veniet.



*Añs.* Me suscepit. Sæculorum. Amen.

*Psalmus 62.*

**D**Eus Deus meus, \* ad te de luce vigilo.  
Sitivit in te anima mea: \* quàm multipliciter tibi  
caro mea.

In terra deserta, & invia, & inaquosa: \* sic in sancto  
apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam  
tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: \* la-  
bia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: \* & in nomine tuo leva-  
bo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: \* &  
labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis  
meditabor in te: \* quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit  
anima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, intro-  
ibunt in inferiora terræ: \* tradentur in manus gladii, par-  
tes vulpium erunt.

Rex

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstructum est os loquentium iniqua.

*Psalmus 66.*

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent Gentes: \* quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* & metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam.

*Antiphona.*

**M**  **E susce-** **pit dexte ra tu a Domine.**



*Ana.* A por ta in- fe ri. Sæculorum. Amen.

## Canticum Ezechie.

**E** Go dixi: In dimidio dierum meorum, \* vadam ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorum: \* dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, \* & habitatoré quietis: Generatio mea ablata est, & convoluta est à me: \* quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: \* de manè usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad manè, \* quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De manè usque ad vesperam finies me: \* sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor, ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, \* suspicientes in excelsum: Domine vim patior, responde pro me. \* Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos, \* in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivifica bis me. \* Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, \* projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: \* non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie.\*  
 pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, \* & psalmos nostros cantabi-  
 mus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam.

Antiphona.


**A**



Por ta in fe ri e ru e



Do mi ne a nimam meam. *Añã.* Omnis



spi ri tus lau det Dominum. Sæculorum. Amen.


*Psalmus 148.* Laudate Dominum de cœlis, &c. *Postea*  
*repetatur Antiphona Omnis spiritus, qua completa, dicitur:*


*Ÿ.* Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.


*R.* Beati mortui qui in Domino moriuntur.


*Antiphona Ego sum, cum Cantico Benedictus Dñs Deus*  
*Israel, fol. 73. postea repetatur Antiphona Ego sum, deinde di-*  
*citur Pater noster. cum precibus, & Orationibus Officio con-*  
*gruentibus, ut supra in Vesperis, &c.*

# MISSA DEFUNCTORUM.


**R**  E- qui em æ- ter- nam

 do- na e- is Do- mine,

 & lux perpe tua lu- ce at e- is.

 ¶. Te de- cet hymnus Deus in Si on: & ti-

 bi redde tur votum in Je ru sa lem. Exau- di

 o ra ti onem meam, ad te omnis ca ro ve ni er.

Requiem.



Re- qui em. Ky- ri e e- leison.



Chri- ste e- leison, Ky- ri e



e- leison, Ky ri e e- leison.

GRADUALE.




**R**

E- quem æter- nam do-



na e- is Do- mi ne,



& lux perpe- tua a lu ce at e- is.


ŷ. In



Ÿ. In me mo- ri a æ ter- na e-



rit ju- flus, ab au di ti o ne ma-




la non ti me- bit,

### TRACTUS.



**A** B sol- ve Do- mi-



ne a- nimas omni um fi de- li um defuncto-




rum, ab om- ni vin-

culo

Missæ Defunctorum.



cu lo de li cto- rum.  $\psi$ . Et



gra ti a tu a il lis succurren-



te me re an- tur e- va- de re ju di-



ci um ul ti o- nis.  $\psi$ . Et



lu- cis æ ter- næ be a-



ti tu- di ne per- fru i.



## SEQUENTIA.

**D**


I es i ræ, di es il la, sol- vet



[ sæclum in fa vil la; Teste Da; vid cum Si byl la.



Quantus tremor est fu tu rus, Quandò Judex est



ven tu- rus, Cuncta stri- ctè dis cul su- rus.



Tu ba mirum spargens so- num Per se pul chra



re gi o num, Co get om nes an te thronum.



Mors stupebit, & natura, Cùm resurget



creatura, Judicanti responsura. Li-



ber scriptus profertur, In quo totum conti-



netur, Unde mundus judicetur. Judex



ergo cum se debet, Quidquid latet, ap-  
parebit: Nil inultum remanebit. Quid sum



mi ser tunc dicturus? Quem patrum rogaturus?




mi ser tunc dicturus? Quem patrum rogaturus?



rus? Cùm vix ju stus sit se cu- rus. Rex tremen-



dæ ma je sta tis, Qui sal van dos sal vas gra tis,



Sal va me fons pi e ta- tis. Re cor da re Je su



pi- e, quòd sum cau sa tu æ vi æ, Ne me



per das il la di- e. Quærens me, se di- sti la-




sus: Re de mi sti Crucem passus: Tantus la- bor



non sit cas- sus. Ju ste ju dex ul ti o- nis,

Do;



Donum fac remissionis Ante di-em ra-



ti o-nis. In gemisco, tanquam re-us: Cul-



pe rubet vultus meus: Supplican-ti parce De us.




Qui Mariam absolvisti, Et latronem exau-




di sti, Mi hi quoque spem dedi sti. Preces



me æ non sunt dignæ: Sed tu bonus fac be ni-




gnè, Ne perenni cremer igne. In ter o-



ves locum præ- sta, Et ab hæ dis me se questra,



Sta tu ens in par te dex tra. Con fu ta tis male-




di- ctis, Flammis a cri bus ad di ctis, Vo ca



me cum be ne di- ctis. O ro sup plex, &



ac cli nis, Cor contri- tum qua si ci nis; Ge-



re cu ram me i fi- nis. La cry mo- fa di-



es il- la, Qua re sur get ex fa vil- la. Ju-  
dicandus



di can- dus ho mo re- us. Hu ic er go par-



ce De us, Pi e Je su Do mi ne, Do na



e. is re qui em. A men.

OFFERTORIUM.


**D**



O- mi ne Je su Chri- ste



Rex glo- ri- æ, li- be ra a-



ni mas om- nium fi de- li um de-

functorum



fun-cto- rum de pœ-nis in fer- ni,



& de pro-fun-do la-cu: li-be-ra-e-as-de




o- re le-o- nis, ne ab for-



be-at-e-as tar-ta-rus, ne ca-dant in obs-



cu- rum: sed si-gni-fer San-ctus Mi-




cha-el re-præ-sen-tet e-as in



lu-cem san-ctam: \* Quam o-lim A-

brahæ.



brahæ pro mi si sti, & se- mi ni e- jus.



ÿ. Ho- sti as, & pre ces ti bi, Do-



mi ne, lau- dis offe- rimus: tu



suf- ci pe pro a ni ma bus il lis, qua-



rum ho di e me mo- ri am fa- ci mus:




fac e as Do- mi ne de morte tran si- re




ad vi tam. \* Quam o lim, &c.

Sanctus;




**S**

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Do mi nus Deus




Sa ba oth. Ple ni sunt caeli, &amp; terra glo ri a



tu a, Ho san na in ex cel sis. Be ne di ctus,



qui ve nit in no mi ne Do mi ni, Ho san na in



ex cel. sis

**A**

Gnus De- i, qui tol lis pec ca ta




mundi, dona e- is re qui em. Agnus De- i,

qui



qui tol lis peccata mundi , do na e- is re quem \*



sem pi ter nam.

### COMMUNIO.



**L** Ux æ- ter na lu ce at e is Do- mi-




ne, \* Cum sanctis tu is in æ ter- num : qui a



pi- us es.  $\psi$ . Re- quem æternam dona e is



Do mine : & lux per pe tu a lu- ce at e is.



\* Cum sanctis tu is.


ORDO AD SEPELIENDUM  
Defunctum Sæcularem.

*Accedentibus Fratribus domui defuncti, more solito, unus Cantor cantet alternatim cū eisdem Fratribus sequens Responsū, in cuius fine dicet Hebdomadarius: Pater noster cum omnibus versibus, & Oratione Abtolve quæsumus Domine, ut mos est in Provincia, &c.*

M



E men to me- i De- us.



Qui a ven tus est vi- ta me- a, nec al pi-



ci- at me vi sus ho- minis. De pro-

fundis.



fun- dis. Clamavi ad te Do- mine,



Do mi ne ex au- di vo- cem me- am.



Nec al pi- ci- at me, &c. Ky ri e e-



lei son, Christe eleison, Ky ri e elei- son.



¶. Requiescat in pa- ce. R. Amen.

Deinde procedent ad Ecclesiam; & duo Cantores incipiant  
 Antiph. Subvenite sancti Dei, cum Psalmo Miserere mei Deus,  
 ut supra fol. 48. Et ingrediendo eam, deposito feretro in medio,  
 ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus Altare majus,  
 si verò fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum Altare; & cereis  
 accensis circa corpus, statim incipiat Cantor Responsorium Sub-  
 venite sancti Dei, ut supra fol. 34. Postea dicat Sacerdos Pa-  
 ter noster, secretò.

*V.* Et ne nos inducas in tentationem.

*R.* Sed libera nos à malo.

*V.* Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

*Pro uno defuncto, Oremus.*

**I**Nclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Pro defuncta, Oratio.*

**Q**uæsumus Domine pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Pro defuncto Sacerdote, Oratio: Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, &c. ut supra fol. 85. Deinde dicat Sacerdos Orationem sequentem sine Oremus.*

**N**on intres in iudicium cum seruo tuo ( ancilla tua ) Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum (am) quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem (am) tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur evadere iudicium ultionis, qui (æ) dum viveret, insignitus (a) est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

*Hac Oratione finita incipiat Cantor: Memento mei Deus, &c. ut supra fol. 152. quo finito Sacerdos clara voce dicat, Pater noster, & sub silentio completo dicat:*

*ψ.* Et ne nos inducas in tentationem.

*R.* Sed libera nos à malo.

*ψ.* Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**Eus, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur, ut suscipi jubeas animam famuli (æ) tui (æ) N. per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinu amici tui Abrahamæ Patriarchæ, resuscitandamque in novissimo judicii magni die, & quidquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Si Clerici fraternitatis Misericordiae cantaverint aliud Resp. Sacerdos dicet alta voce: Pater noster. ψ. Et ne nos inducas, &c. ψ. Dominus vobiscum, &c.*

*Oremus.*

**A**bsolve, quæsumus Domine, animam famuli (æ) tui (æ) N. ut defunctus (a) sæculo tibi vivat: & peccata, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit: tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Finita Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, & dum portatur,*

tatur, Fratres cantant Antiphonam In paradisum, &c. ut supra fol. 54. quibus finitis, Sacerdos dicat: Ego sum, & Canticum, Benedictus Dominus Deus Israel, quo finito, & iterum Antiph. repetita, dicat Sacerdos alta voce: Pater noster, &c.

Ps. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Ps. Non intres in iudiciū cum seruo tuo (ancilla tua) Domine.

R. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Ps. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

Ps. Requiescat in pace.

R. Amen.

Ps. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ps. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Satisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli (æ) tui (æ) N. Beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, & beati Francisci Confessoris tui: omniumque Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio: ut peccatorum omnium veniam, quam præcamur obtineat, nec eum (am) patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem (am) Filii tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine

ne redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

*V.* Requiem æternam dona ei Domine.

*R.* Et lux perpetua luceat ei.

*V.* Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei, requiescant in pace. *R.* Amen.

## ORDO SEPULIENDI PARVULOS.

*Cum igitur infans, vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta ætatem, & imponitur ei corona de floribus seu de herbis aromaticis, & odoriferis, in signum integritatis carnis, & virginitatis; & congregatis Fratribus in domo pueri defuncti cum Cruce, Hebdomadarius aspergit corpus, deinde cantat sequentem Antiphonam, & Fratres dicant alternativim Psalmum Laudate, &c. in cujus fine repetitur Añ. sine Oratione.*



Sit nomen Domini. Sæculorum. A- men.

*Psalmus 132. Laudate pueri Dominum: \* laudate nomen Domini, &c. Et repetitur Antiphona tantum.*



It nomen Do mi ni be ne di- ctum,





ex hoc nunc, & us- que in sæ- culum.

*Dum portatur infans ad Ecclesiam, dicitur Antiphona, Beati qui ambulant in lege tua Domine; & tunc Cantor incipit Psalmum Beati immaculati in via, &c. de quo recitabitur usque ad Ecclesiam, & si antea finiatur in versu Erravi sicut ovis quæ periit, &c. incipiat iterum, Beati immaculati in via: & etiam dici potest Psalm. Laudate Dominum de cœlis, vel Laudate pueri Dominum: & in fine uniuscujusque Psalmi dicitur, Gloria Patri, &c. Cum autem pervenerint ad Ecclesiam, dicat Sacerdos Antiphonam:*



Hic ac- ci- pi et. Sæculorum. Amen.

*Psalmus 23.*

**D**omini est terra, & plenitudo ejus: \* orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: \* & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: \* & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc

Hæc est generatio quærentium eum, \* quærentium  
faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes vestras, & elevamini portæ  
æternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dominus fortis, & potens,  
Dominus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, & elevamini por-  
tæ æternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dominus virtutum ipse est  
Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio.

*Antiphona.*

**H**



Ic ac ci- pi et be ne di cti o nem



à Do- mi no, & mi se ri cordiam à De o



sa lu ta ri su o, qui a hæc est ge ne ra- ti o quæ-



rentium Do- minum. Kyrie e- lei son, &c.

ut supra, fol. 115.

x

Postea

Postea dicit Sacerdos: Pater noster, secretò, interim corpus aspergit, & thurificat.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Me autem propter innocentiam suscepisti.

R. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**mnipotens, & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant à sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illicò largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, & in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Dum portatur ad sepulchrum, & etiam si tunc non portetur, dicitur Aña.*



Ju- ve nes. Sæculorum. Amen.

*Psalmus 148. Laudate Dominum de cœlis, &c. in cuius fine dicitur Gloria Patri, & repetitur Antiphona.*

*Antipha-*

## Antiphona.

**J**U- venes, & vir- gines, se-  
nes cum ju ni o- ri bus lau dent no men Domini.

Kyri e elei son, &c. ut supra, fol. 102.

Deindè Sacerdos cantat Pater noster.


- V. Et ne nos inducas in tentationem.  
 R. Sed libera nos à malo.  
 V. Sinite parvulos venire ad me.  
 R. Talium est enim regnum cœlorum.  
 V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam Domine ita nobiscū misericorditer agere; ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, & intercessione beatæ Ma-

riae semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, & electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

*Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta, & thurificet similiter & tumulum, postea sepeliatur. Cum autem a sepultura revertuntur in Ecclesiam, dicatur.*

*Antiphona.*

Benedi- ci- te. Saeculorum. Amen.

*Canticum trium puerorum.*

**B**enedicite omnia opera Domini Domino: \* laudate & superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino: \* benedicite caeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super caelos sunt, Domino: \* benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol, & luna Domino: \* benedicite stellae caeli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: \* benedicite omnis spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & aestus Domino: \* benedicite frigus, & aestus Domino.

Bene-

Benedicite rores, & pruina Domino: \* benedicite gelu, & frigus Domino.

Benedicite glacies, & nives Domino: \* benedicite noctes, & dies Domino.

Benedicite lux, & tenebræ Domino: \* benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: \* laudet, & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, & colles Domino: \* benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: \* benedicite maria, & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis, Domino: \* benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestię, & pecora Domino: \* benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: \* laudet, & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: \* benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, & animæ justorum Domino: \* benedicite sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: \* laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu: \* laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: \* & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

*Antiphona.*

## Antiphona.

**B**

E ne di- ci- te Do- minum omnes



e le cti e jus, a- gi te di- es læ ti-



ti æ, &amp; con fi te- mi ni il- li.

*Deinde ante Altare dicit Sacerdos:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

*Omnis.*

**D**Eus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius; ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniat. Per Christum Dñm nostrum. ℞. Amen.

# DE ABSOLUTIONE,

## ET PROCESSIONE

In die Omnium fidelium Defunctorum, & quandocumque fit absolutio pro defunctis: ex Missali recognito.

*Finita Missa, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, in credentia, non in Altari, ubi exuitur Casula, & deposito Mān ipulo, accipit Pluviale nigrum. Subdiaconus postquam Fratres fuerint congregati in Ecclesia, & positi circum Tumulum, medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis, defert Crucem (deposito Manipulo sicut in Processionibus) precedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum thuribulo, & navicula incensi, alio cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio: sequitur Celebrans, facta prius Altari reverentia, vel Sacramento genuflexione, & Diaconus à sinistris ejus. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes Tumuli, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter duos Acolythos tenentes luminaria. Celebrans verò ex alia parte in capite loci inter Altare, & Tumulum, aliquantum versus ad cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat: à sinistris ejus Diaconus, & propè eum alii duo Acolythis deferentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ. Interim cantatur R. Libera me Dñe de viis inferni, ut in Officio defunctorum, & circa illius finem Celebrans ponit incensum in thuribulo, benedicens illud, more solito, ministrante Diacono naviculam (non osculatur manus Celebrantis*



brantis cum accipit, nec cum revertit aspersorium, & thuribulum) & finito Kyrie eleison, incipit intelligibili voce, Pater noster, & secretè prosequendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, & facta Altari reverentia, seu Sacramento genuflexione, à Diacono verò facta genuflexione sive Altari, sive Sacramento, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem Pluvialis, circuiens Tumulum, aspergit illum aqua benedicta, ter à parte dextera, & ter à sinistra. Cum transit ante Crucem, profundè inclinatur, Diaconus verò genuflectit: postea de manu ejusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo, quo aspererat, incensat, & rediens ad pristinum locum. Diacono tenente librum, junctis manibus dicit:

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

✠. A porta inferi.

✠. Requiescat in pace.

✠. Domine exaudi orationem meam.

✠. Dominus vobiscum.

Oremus.

**A**bsolve, quæsumus Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deindè dicens, Requiem æternam dona eis Dñe, &c. facit Crucem manu dextera super Tumulum, postea Cantores dicunt ✠. Requiescant in pace, &c. Hic ordo servabitur quantumque faciendâ est absolutio pro defunctis, præter Orationem,

que

quæ variabitur, pro defuncto, vel defuncta, vel pro pluribus  
semper tamen dicenda est Oratio Absolve quæsumus Domi-  
ne, &c.

Dicto per Cantores Requiescant in pace, & R. Amen,  
fit processio omnium fidelium Defunctorum hoc modo: præcedit  
Acolythus cum vase aquæ benedictæ, aspergens sepulturas post-  
quam Celebrans primò aspergerit: sequitur Subdiaconus cum Cru-  
ce inter duos Acolythos cum cereis accensis, deindè Fratres proces-  
sionaliter, ultimus Celebrans cum Diacono à sinistris portante  
librum. Interim cantantur à Choro Responsoria sequentia.

In prima statione, idest, in Ecclesia usque ad primam quadram  
claustrum: R. Credo quod Redemptor. Pater noster. V. Et  
ne nos inducas. V. Dominus vobiscum.

Oremus.

**D**Eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos  
tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitatæ  
vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpèr-  
aggregentur consortio. Per Christum Dominum noivè.  
R. Amen.

In secunda statione: R. Qui Lazarum. Pater noster. V.  
Et ne nos inducas. V. Dominus vobiscum.

2 Oremus.

**D**Eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator,  
quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congrega-  
cionis carres propinquos, & benefactores, qui ex hoc  
o transierunt; Beata Maria semper Virgine inter-  
cedente

cedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuam beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*In tertia statione: R.* Domine quando veneris. Pater noster. *Ps.* Et ne nos inducas. *Ps.* Dominus vobiscum.

*Oremus.*

**D**Eus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*In quarta statione: R.* Memento mei Deus. Pater noster *Ps.* Et ne nos inducas. *Ps.* Dominus vobiscum.

*Oremus.*

**A**bsolve quæsumus Domine animas famulorum tuorum ~~nostrorum~~ nostrorum ab omni vinculo deorum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Hæc Oratio dicitur in Cæmeterio Fratrum.*

*In quinta statione: R.* Hei mihi Domine. Pater noster. *Ps.* Et ne nos inducas. *Ps.* Dominus vobiscum.

*Oremus.*

**D**Eus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famularibus tuis, & omnibus hic & ubique in Christo quiescentibus de propius veniant.